¶ Dicit autē beatus Thomas 4.º metheoroꝝ. ſi eſt opus beati Thome. ꝙ ideo dictū eſt generationē mixti a calido ⁊ frigido fieri: quia quedam mixta generant̄ a frigido. ¶ Itē Ariſt. dicit eodē 4.º ꝙ coagulata. ſ. a frigido. vt ſunt inq̄t beatus Thomas metalla difficile putreſcūt: q2 magis frigida ſunt ꝙ̄ aer ſit calidus: qui tamen abſolute calidus eſt in naturali ſua diſpōne. ¶ Item Ariſt. iuxta finē quarti metheo. dic̄ ꝙ ea mixta: quoꝝ mā magis eſt aqua nāliter ſunt frigida qualia ſunt metalla. ¶ Idē cōſtat in criſtallo: glacie: grandine: niue: pruina. ¶ Itē Ariſt. dicit in lib.º de aīalibus ꝙ cerebrū frigidū eſt: ⁊ ad tactū fridū ſentit̄. qđ Ugo dicit ſe exptū eſſe nōnunq̄ in fractura capitis. ¶ Itē ſunt fruct9 quidam ⁊ potētia ⁊ tactu fridi: vt ſuccus limonū: aranciorꝝ: prunoꝝ ⁊ piroꝝ imaturarum ⁊ agreſta. ¶ Itē Gal. dicit 2.º tegni. ꝙ ſignū cōplōnis fride eſt ꝙ manib9 fridū corpus ſentit̄. ¶ Item dicit ꝙ corpus tempatū mediocritatē in oībus ſeruat: non. n. hȝ multam carnē: nec paucā: nec oīno durū: nec molle: nec calidū: nec fridū: nec humidū: nec ſiccū. Si vo dicat̄ frigidū corp9 iudicari fridū: hoc eſt minus calidū ꝙ̄ tempatū: neceſſariū erit iudiciū frigidi pendere ex iudicio ⁊ cognitione tēperati: tempatū aūt non iudicat̄ tempatū: niſi ex eo ꝙ nec calidū nec frigidum ſentit̄. vt Gal. dicit in pncipio ſecūdi velut ſigno a ſubſtātia ſumpto. Si igit̄ omne viuens abſolute eſt calidū oportet temperatū eo iudicari temperatum. qđ nō eſt fridū ad tempatū: nec calidū. In cognoſcēdo igit̄ tempato oportebit cognitionē eiuſdē tēperati antecedere qđ eſt ridiculū. ſic enim ſi deberet iudicari a medico ſor. eſſe tēperatū maxime in ɔplōne per ſigna a Gal. tradita oporteret pus ſcire ipſum eſſe tēperatū in ɔplōne. ¶ Preterea. ſi corpus tēperatū nō eſt vere mediū inter extremā calitatē: ⁊ extremā friditatē cū qbus ob earum intenſionē vita non pōt ſupeſſe: ſed ſolū eſt mediū inter exceſſus tēperamēto iproportionatos: vt Jacob9 dicit: ſeqtur corpus tēperatū nō eſſe mediū iter multā carnē hñs ⁊ paucā: ſed potius vergere in paucā carnē: qđ ita deducitur: extremū fridū ⁊ ſiccū eſt pauciſſime carnis: aut illi pximū: cōplexio enim melācolica eſt frida ⁊ ſicca ⁊ pauciſſimi ſanguis ⁊ carnis: calida vo ⁊ humida eſt plurimi ſanguinis ⁊ carnis. ſi igit̄ extremo frido et ſicco pximius eſt tempamētū ꝙ̄ calido ⁊ ſicco pximius erit pauce carni ꝙ̄ multe. cū tñ Aui. dicat ꝙ magis inclinat in craſſitiē quādam ꝙ̄ in maciē. Sed hec mā al's latius. ¶ Ad pmū igit̄ dici pōt nō omne mixtū per digeſtionē fieri: vt eſt nix: criſtallus. ¶ Scđo. cōceſſo ꝙ per digeſtionē fiat nō oȝ ſimpliciter calidū eſſe: q2 facta digeſtione pōt poſt aduenire frigidū cōgelās a quo calore expulſo fit res frigida: vt in metallis cōtingit ⁊ cornib9: ⁊ vnguib9: ⁊ oſſib9: ⁊ neruis: q̄ niſi frida eſſent nō lederent̄ a frigido: nec flegmatici: niſi fridi eēnt iuuarent̄ ab eſtate: ſicut iuuari dicit Hy. ⁊ Gal. 3ª particula afforiſ. ¶ Preterea calor nālis a quo fit digeſtio nō eſt niſi ɔplexio quedā: que lȝ aliquādo plus ſapiat frigidi ꝙ̄ calidi: digerit tñ vi cali: qđ habet vnde digeſtio ſanguis in lac a māmillis facta a cōplexione nāli fit mamillarū que fride ſunt ſanguini cōparate: ⁊ oſſa que ſunt ſanguine frigidiora ſanguinē ſuū digerūt. ⁊ cerebrū ſanguinē ſuū ſe calidiorē: ⁊ ex ſpiritu vitali generat animalē digerēdo: qđ Jacobus quoq3 a veritate aliqñ coact9 cōcedit: ⁊ in queſtionib9 tegni. ⁊ in 21ª terty canonis. ¶ Preterea a calido celeſti pōt fieri digeſtio. lȝ paucū fit ⁊ frigore minus: a quo poſtea res ſpiſſeſcit: ⁊ cōſtat: ſicut Auerroys inuit 4.º metheoroꝝ. cōmēto. 10.º iuxta finē: ⁊ idē Ariſt. in libro de aīalibus: qui calor potiſſimū eſt in ſeminib9 rerū animatarꝝ. ¶ Ad 2m dr̄. ꝙ metalla putreſcūt que frigida ſunt. verū: q2 cōplexione quadā participāt que eſt calidū naturale: eoꝝ que quādo tantū habent calidi quāto opus eſt ad regēdū humidū nō putreſcūt: quādo aūt nō habet: ſed deficit ex frigore vel alia qualibet cauſa educit̄ foras calidū naturale a calido cōtinētis quo calido educit̄ ⁊ humidum: ſed nō ppter hoc oȝ cōcludere omne qđ putreſcere pōt calidū abſolute eſſe. Albert9 aūt qcqd dixerit ſuam habuit opionē. ¶ Ad 3m dr̄. ꝙ Gal. in libro cōplexionum nō putat omne viuēs abſolute calidū eē: nec humidū: niſi eidē mortuo cōparet̄ formice ⁊ tortuce ⁊ piſces multi nā ſunt frigidi ⁊ cutis: quedā eſt frida: quedā ſicca: ⁊ dura: vt ipſemet dicit in 2.º tegni. verū autem eſt ꝙ vita eſt per calidū ⁊ humidū: puta per ſpiritū ⁊ ſanguinē vel pportionalia que abſolute ſunt calida: ſed non opȝ quodlibȝ in quo eſt aliqd calidū abſolute calidū eſſe: ſed opȝ partes calidas adeo domiari vt res abſolute calida dici poſſit in roſis: in ſandalis: in prunis imaturis ⁊ limonibus ſunt partes quedam ignee ⁊ calide: ſed adeo pauce ſunt vt nō poſſint totū reddere calidū: in viuo igit̄ corpore partes calide dominant̄ ſaltem vtute: non mole. ¶ Ad quartū dr̄. ꝙ in partibus corporis animati eſt calor nālis qui vi calidi digerit nutrimentū ſiue abſolute plus habeat calidi ſiue non. ¶ Preterea. vt dictū eſt adſunt ſpūs: vl' ſpiritib9 quedam pportionalia que ſunt calida: quoꝝ auxilio fieri poteſt nutrimēti conuerſio. ¶ Ad qntū ſolutio patet ex dictis: niſi enim materia in quā anima debet itroduci participaret huiuſmodi ſpiritu: aut pportionali: nō poſſet aīa introduci: ſed non oportet abſolute calidā eſſe. Or vo non omne mixtū abſolute ſit humidum: patet: quia quedam ex terra maxime cōſtant: vt patet in ſulfure: in lapidib9: ⁊ oſſibus: ⁊ cornibus: ⁊ ſimilibus.

¶ Sextum correlariū. nulla complexio poteſt in ſua ſpecie intenſiſſima eſſe: adeo ꝙ naturaliter non poſſit eſſe intenſior: ſit enim a. complexio que fieri poteſt intēſiſſima: ⁊ conſtat: ex quo medium eſt inter cōtraria per ipſam intenſam in calore vel frigore vel humore vel ſiccitate poſſe fieri tranſitum ex vno cōtrario in aliud: ſicut per palidum fieri poteſt tranſitus ex nigro in albū: ⁊ econuerſo. ſit igit̄ intēſiſſima: ⁊ conſtat ꝙ agente actionem ſuam cōtinuante quod intēdit in contrarium ⁊ extremum materiam in quam agit deducere tandē corrumpet huiuſmodi complexionem. Si igit̄ nūc eſt intēſiſſima: ⁊ non poteſt eſſe intenſior cum imediate poſt hoc actio agentis ad aliquid terminet̄: neceſſe eſt in contrariū terminet̄: ⁊ per cōſequens non dabitur primum inſtans forme in qua actio agentis terminat̄: puta caloris: aut alterius forme. qđ eſt falſum: nūc enim ſupponimus dari pmum rerū pmanentium ⁊ qualitatū ⁊ ſubſtantiarū. ⁊ non vltimum ex Ariſt. 8.º phyſicoꝝ. qđ inferius magis apparebit.

¶ Septimum. non poteſt dari colericiſſimus homo: nec temperatiſſimus.

¶ Octauum. impoſſibile eſt in eodem corpore vel mēbro multas eſſe eiuſdem generis cōplexiones: probat̄. omnes complexiones eiuſdē generis ſunt inter ſe cōtrarie: vt colores oēs inter ſe: ⁊ ſapores. Si igit̄ vna adeſt ɔplō nō pōt altera adeſſe: aliter oporteret idē habere: ⁊ plus ⁊ minus: vel calidi vel frigidi: vel humidi vel ſicci: vna enim complexio differt ab alia: ex hoc ꝙ altera plus habet vni9: altera alterius: aut ex eodē vna plus habet alia minus. Complexio enim calida non eſt vnius ſpeciei: ſicut nec colores medy plus albo pticipātes ꝙ̄ nigro oēs ſunt eiuſdē ſpēi.

¶ Nonū. ſi aliquod mēbrū natura eſt frigidū ex complexione innata: qđ ex influxu vel ſpūs vel ſanguis fit calide complexionis priorem perdit complexionem: ⁊ nouā induit: ſicut oſſa: quādo ſunt mortua frigidam habent complexionē: ⁊ lac: qđ extra vbera diu pmāſit que duo antea erāt calida pticipatione ſpiritus ⁊ ſanguinis.

¶ Decimum. quot ſint ſpecies complexionū ſpecialiſſime

certo ſciri non poteſt.pꝛobatur:non eniꝫ poteſt ſciri quot
ſunt ſpecies mediozum inter contraria ex quo non cõſtat
nobis quot modis:⁊ vijs contraria poſſunt miſceri:hec.n.
ſunt ſecreta nature:nec enim ſciri poteſt quot ſunt ſpecies
colozuꝫ mediozuꝫ. ¶ Secũda cõcluſio:nulla complexio
ꝓpꝛie eſt compoſita.pꝛobaᵗ:omnis complexio eſt quali/
tas:omnis auteꝫ qualitas eſt vna:compoſita aũt comple/
xio:ſi qua eſt non eſt vna qualitas:ſed due ex quibus non
fit vnum per ſe:non eniꝫ agunt iter ſe:nec patiunᵗ.igiᵗ ⁊c.
Solent tamẽ medici quaſdam complexiones dicere cõ/
poſitas complexionẽ vocãtes numerũ duarũ complexio/
num ſibi inuicem conſentientiuꝫ vt eſt calida ⁊ ſicca com
plexio que nõ ſunt vna cõplexio: ſed due.

Quantum ad ſecundũ articuluꝫ.ſupponiᵗ pͥmo
ꝙ maioꝛ eſt contrarietas extremi
ad mediuꝫ q̃ medioꝝ inter ſe.Suppoſitio patet:ſi enim
medium contrariũ eſt medio:hoc eſt:quia extremi ratiõe
participat:igitur eidem medio extremum magis contra/
rium eſt:aut ſaltem non minus:quod noſtro pꝛopoſito ſuf
ficiet. ¶ Secũdo ſupponiᵗ.ꝙ contrarietas terminoꝝ eſt
cauſa cõtrarietatis motuum 5º.phyſicoꝝ.ex quo ſeqᵗur ꝙ
maioꝛ eſt repugnãtia iter terminos motuũ contrarios q̃
inter motus:qꝛ ꝓpter quod vnumquodq;:⁊ illud magis.
¶ Tertio ſupponiᵗ.ꝙ contraria differunt ab inuicem ex
ꝓpꝛia natura ⁊ ſpecie ſua:vt albuꝫ ⁊ nigrum:dulce ⁊ ama/
rum:non enim ex alia natura poſſunt eſſe cõtraria:aliogn
non eſſent per ſe ⁊ pꝛopꝛie cõtraria. ¶ Quarto ſupponiᵗ.
ꝙ contrarla ſub eodem genere poſita maxime diſtant ab
inuicẽ. ¶ His poſitis ſit hec pͥma cõcluſio. Non eſt poſſi/
bile cõplexionẽ ⁊ qualitateꝫ pꝛimã ⁊ ſimplicẽ eiuſdẽ gene
ris in eodẽ ſubiecto eſſe.pꝛobaᵗ.due cõplexiones eiuſdeꝫ
generis non poſſunt ſimul in eodẽ ſubiecto eſſe:vt pꝛoba/
tum eſt.aliter ideꝫ eſſet plus calidi participans ⁊ minus.
Sed cõtrarietas ⁊ repugnantia medioꝝ eſt minoꝛ:aut nõ
eſt maioꝛ q̃ contrarietas extremi ⁊ medij:vt habeᵗ ex pͥ/
ma ſuppoſitione.igitur ⁊c. Ideo mirанduꝫ eſt de Jacobo
qui videtur putare cõplexionẽ eſſe huiuſmodi qualitatẽ
mediaꝫ que dicta eſt:⁊ tamẽ in eodeꝫ membꝛo ponit com
plexioneꝫ ⁊ caloꝛeꝫ ſimplicẽ:⁊ frigus ſimplr:⁊ aliquando
equales. Idẽ Ugo in pͥma pͥmi.⁊ in queſtione magna quã
edidit an cõplexio ſit qualitas. ¶ Secũda cõcluſio.non
eſt poſſibile duas qualitates extremas in eodẽ ſimul eſſe
vt caloꝛẽ ⁊ frigus.cõcluſio ꝓbari poteſt ex cõcluſione iam
ꝓbata:maioꝛ enim eſt cõtrarietas extremi ad extremum
q̃ extremi ad mediuꝫ.igitur ⁊c. ¶ Sed pꝛobaᵗ eadeꝫ cõ/
cluſio pluribus argumẽtis:quia oppoſituꝫ hodie currit ꝑ
ſcholas:lꝫ opinio huiuſmodi ſit cõtraria auctoꝛibus pꝛo/
batis ⁊ doctoꝛibus antiquis:⁊ philoſophis et medicis.5º
enim phyſicoꝝ.mediuꝫ eſt in quod pͥus venit mutãs q̃ in
extremuꝫ.igitur ſi aqua debeat ex frigido in caliduꝫ per/
mutari:opoꝛtet pͥus in mediuꝫ venire:mediuꝫ auteꝫ inter
caliduꝫ ⁊ frigidũ ſpecie differt ab extremis.vt Auerroys
dicit 3º de anima.ↄmẽto ſupꝛa allegato.non igiᵗ cuꝫ aqua
incipit calefieri mox aufertur aliqd veri frigoꝛis ⁊ intro/
duciᵗ aliqd veri caloꝛis:ſic eniꝫ nunq̃ itroduceretᵗ aliqd
mediuꝫ ſpecie differens ab extremis.ſed ſemper ſola cali
ditas adeſſet ⁊ frigiditas:lꝫ quandoq; ex vna plus:quan/
doq; ex alia: quandoq; equaliter vt hi concedunt qui
hanc opinionem ſequuntur. ¶ Preterea eadem eſt na/
tura totius homogenei : ⁊ cuiuſlibet partis:⁊ eadem vir/
tus ⁊ actio.ſicut Auerroys dicit pꝛimo celi. Caliditas au/
tem ſumma eſt quidam homogeneuꝫ:qꝺ conſtat ex par/
tibus eiuſdem rationis:ſicut dicũt qui opinioneꝫ ſequun/
tur.igitur eadeꝫ erit virtus ⁊ actio totius ⁊ cuiuſlibet par
tis:ſicut eadeꝫ eſt virtus terre pedalis:⁊ actio:⁊ cuiuſlibꝫ
partis que eſt deſcendere:eſt autẽ caliditas ſumme natu/
ra ⁊ virtus vt omni frigiditati ſit contraria:⁊ in omnem
agat:niſi aliquid pꝛohibeat:⁊ nullam ſecum patiatur.igiᵗ
eadem erit natura cuiuſlibꝫ partis:nulla igitur frigiditas
poterit eſſe cum aliqua caliditate:nec econtrario. ¶ Pꝛe
terea frigiditas vt.8.agit in omnẽ caliditatẽ vt.8.niſi ali/
quid pꝛohibeat:igitur actiuitas caliditatis vt octo eſt ma
ioꝛ reſiſtẽtia frigiditatis vt octo.cum igitur qualis eſt pꝛo
poꝛtio totius ad totum:talis ſit partis ad parteꝫ:actiuitas
frigiditatis vt.4.erit maioꝛ reſiſtentia caliditatis vt.4.
igitur frigiditas vt.4.agere poterit in caliditatem vt.4.
igitur duobus inuiceꝫ coniunctis:quoꝝ vtrũq; eſt calidũ
vt.4.⁊ frigidũ vt.4.alteruꝫ aget in alteruꝫ:⁊ ſic iter ſilia
omnino fiet actio. ¶ Confirmaᵗ.maioꝛ eſt reſiſtentia ca/
liditatis vt octo q̃ caliditatis vt.4.ſed frigiditas vt.4.
poteſt agere in caliditateꝫ vt octo.igitur multo magis in
caliditateꝫ vt.4.quod maxime continget:ſi duo ſint ſub/
iecta ad imaginationeꝫ:quoꝛuꝫ alterũ ſit frigidum ſolum
vt.4.alteruꝫ vero caliduꝫ ſolum vt.4.nihil frigoꝛis ha/
bens. ¶ Preterea non repugnabit aliquid eodeꝫ tempo/
re ad caliduꝫ vt.4.⁊ frigiduꝫ vt.4.ſimul intendi ⁊ moue
ri motibus contrarijs.Maioꝛ enim eſt repugnantia ter/
minoꝛuꝫ q̃ motuuꝫ.vt diciᵗ in 3ª ſuppoſitione. ¶ Prete/
rea.ſi caliditas vt octo.⁊ frigiditas vt octo:maxime repu
gnant vt hi dicũt:caliditas vt.3.⁊ friditas vt.3.minus re/
pugnabunt q̃ caliditas vt.4.⁊ friditas vt quatuoꝛ.quia
magis elonganᵗ a natura contrarioꝝ.cum igiᵗ iuxta poſi/
tionem ſit poſſibile caliditatem vt quatuoꝛ:⁊ friditatem
vt quatuoꝛ ſimul eſſe:multo magis friditatẽ vt.3.⁊ calidi/
tatem vt.3. ¶ Nec obſtat qꝺ diciᵗ latitudines opoꝛtere
compleri.hoc eni opoꝛtet pꝛobari nõ ſolũ dicere. ¶ Pꝛe/
terea ſeqᵗur ꝙ non ſit reactio:qꝺ ſenſui repugnat.⁊ mix/
tionem tollit:quod tamẽ deduciᵗ hoc modo.Sit.a.mate
ria pͥma ſolam quantitatem habens cum humiditate:aut
ſiccitate:ſiue materia ſit aliud a quãtitate:ſiue non:in qua
nihil ſit frigoꝛis:nec caloꝛis:iuxta imaginationem:⁊ ſit.b.
aqua ſumme frigida que calefiat:⁊ tandeꝫ fiat ignis:⁊ cõ/
ſtat ꝙ.b.aliquando plus poterit calefacere q̃ frigefacere
aliquãdo minus.igitur aliquando equaliter.capiatur igiᵗ
b.quãdo tantũdem poteſt calefacere quantũ frigefacere:
ſiue habeat equalem caloꝛis mẽſuram ⁊ frigoꝛis:ſiue nõ:
⁊ appliceᵗ.a.materie in quam agit:ex quo nulla eſt reſiſtẽ
tia vt poſitum eſt:aut igitur calefaciet:aut frigefaciet:aut
neutrum faciet:ſi neutruꝫ:aut hoc ideo euenit ꝙ qualita/
tem mediam introducit que non eſt caloꝛ:nec frigus:aut
quia nihil agit.nõ pͥmum:qꝛ vt ſupꝛa ex Ariſtotele ⁊ Auer
roy dictum eſt.Media qualitas non poteſt introduci qñ
contraria ſunt equipotentia:vt eſt in caſu.ſi ſecundũ:hoc
ideo eſt:quia altera qualitas alteri reſiſtit ne agat:puta ca
loꝛ frigoꝛi ⁊ frigus caloꝛi.igiᵗ ſi in materia.a.ponatur ſum/
ma calitas:⁊ fiat ignis:vel ſumma frigiditas:⁊ fiat aq̃ pu/
ra:multo magis reſiſteᵗ friditati:ne agat vel calitati.Sꝫ
ſi in materia.a.ponatur ſumma caliditas vel ſumma frigi
ditas aget.a.in.b.⁊.b.nõ aget.igiᵗ ⁊c.Qꝛ autem calefaciat
ſimul ⁊ frigefaciat fieri non poteſt.Idem enim moueretᵗ
motibus contrarijs. ¶ Preterea.caloꝛ ⁊ frigus ſunt con/
traria:aut igitur qlibet caloꝛ cuilibet frigoꝛi eſt cõtrarius
aut non:ſi pͥmuꝫ:quilibet caloꝛ aget in quodlibet frigus:⁊
illi repugnabit:nec poterit cuꝫ eo eſſe:qꝺ poſitio negat.ſi
ſecundũ ſigneⁿᵗ calor ⁊ frigus contrarij:⁊ ſint vt poſitio
dicit caloꝛ vt octo:⁊ frigus vt octo.igiᵗ ex 3ª ſuppoſitione
ex ꝓpꝛia natura:⁊ ſpecie ſunt contraria:igiᵗ quolibet caſu
poſſibili poſito quo erũt in rerum natura ſemper erũt cõ/
traria:ſicut enim natura nõ auferᵗ iſtis poſitis nõ auferᵗ
pꝛopꝛietas:que nãm ſeqᵗur.igitur ſi deus creet maioꝛem
caliditatẽ q̃ vt.8.eodeꝫ modo ⁊ friditatẽ:erũt ↄ̃ria:qꝺ eſt
falſuꝫ:non.n.maxie repugnabũt:ſiue diſtabũt ſub eodeꝫ

genere. ¶ Et ſi dicať frigiditateꝫ īfinitam ⁊ caliditatem infinitam eſſe contraria ſtatim concludetur non eſſe contraria: que enim non ſunt: nec poſſunt eſſe in genere non poſſunt eſſe contraria: cōtraria enim ſunt que ſub eodem genere poſita maxime diſtant: que auteꝫ non ſunt nec poſſunt eſſe nō ſunt: nec poſſunt eſſe in genere: quia 4° topicorum. dicitur ꝙ non entis non ſunt genera: nec ſpecies: infinita autem caliditas ⁊ īfinita frigiditas non ſunt: nec poſſunt eſſe. non igitur ſunt contraria. ¶ Preterea ſequereť ꝙ ignis: ⁊ aqua non eſſent proprie inuicem contrarij ſm qualitates ſuas: quod eſt contra Ariſto. 2° de generatione ⁊ phōs omnes. ¶ Correlarium p̄mum. quādo aqua ex frigiditate in caliditatē permutať p̄us remittiť in frigiditate donec ad p̄muꝫ non eſſe friditatis veniat in quo medium aliquod p̄mo generatum eſt inter calorem ⁊ frigus ſiue ſit tepiditas: ſiue aliud: quo itenſo in ea qualitate verſus quā aqua permutať: tandem in ſimplicem caliditatē tranſit: in qua poſtea intenditur. ¶ Secūdum. neceſſe eſt dari p̄muꝫ caloris ⁊ frigoris ⁊ medij abſolute: non autem vltimū. vt Ariſto. dicit 8° phyſicoꝝ. qui dicit ꝙ datur primum albi non vltimū: nec exponi poteſt: ſicut Burleus ⁊ nominales dicunt: ꝙ datur p̄muꝫ huius albi: puta cuiuſlibet gradus: ſed non p̄mum abſolute albi: ſiue albedis. Si enim ſic itelligeret non dixiſſet dari p̄mum albi non vltimum: cuiuſlibet enim gradus datur p̄muꝫ ⁊ vltimū: quia in īdiuiſibili conſiſtit. Hec tamē materia ad philoſophos magis pertinet.

Quantum ad tertiuꝫ articulum ſupponiť p̄mo diffinitio egritudis: que eſt diſpoſitio non naturalis a quā operationes viuētis per ſe: ⁊ imediate ſenſibiliter leduntť. ¶ Supponanť ſecūdo omnia que hactenus probata ſunt. ¶ Prima concluſio. Febris non eſt calor qui eſt qualitas prima. ſi enim eſſet qualitas p̄ma eſſet cōtraria complexioni: nec poſſet vna cum complexione eſſe: vt iam probatum eſt: cum igitur membrum vel corpus qđ febrit ſemper complexionē habeat: nō erit febris calor ſimplex ſiue qualitas p̄ma.

¶ Scđa ↄclo. Febris eſt cōplo: ꝓbať. omnis enī calor: aut eſt ſimplex: aut compoſitus: non eſt autē ſimplex. vt ꝓbatum eſt. igiť erit compoſitus qui eſt complexio. ¶ Preterea febris eſt calor naturalis mutatus in igneum. vt Gal. dicit p̄ma affoꝛiſmoꝝ. calor autem naturalis eſt complexio: eſt enim cōplexio naturalis calido participans: vt cōſtare poteſt ex dictis ex quo in mixto corpore nō pōt eſſe calor ſimplex: vt iam probatum eſt. ¶ Ideꝫ dicūt medici omnes: ⁊ maxime antiq. vt infert Jacobus in p̄ma primi. caplo de complexionibus qui dicūt calorē naturaleꝫ ⁊ ſanitatem ⁊ complexioneꝫ ⁊ mixtionē idem eſſe. ¶ Preterea. febris eſt morbus: aut igiť mala complexio: aut mala compoſitio: aut ſolutio ↄtinui: non oportet autē in febriēte fieri malam cōpoſitionē: nec ſolutionē cōtinui: igiť erit mala complexio. ¶ Idē dicit Galienus in libro de febribus. ꝙ īmoderatio diſcraſie in ſuperabundantia caliditatis eſt febris: īmoderatio autē diſcraſie eſt ipſamet mala complexio īmoderata: ſicut moderātia complexionis eſt cōplexio moderata. ¶ Iteꝫ Auicēna dicit. ꝙ febris ethyca eſt complexio facta mēbro cōueniēs. Idem indubitanter tenēt omnes medici veteres: lꝫ qdā noui putēt eſſe calorem qui eſt qualitas p̄ma.

¶ Tertia cōcluſio. Febris non eſt calor compoſitus ex naturali ⁊ extraneo aduenięte: poſito ꝙ alter ab altero differat: ⁊ ex vtroqꝫ vnus calor fieri poſſit. probatur. calefactum eſſe ſpūs eſt per ſe: ⁊ imediata cauſa febris effimere. non eſt autē īmediata cauſa caloris compoſiti: ſed per accidens ſolum: quatenus ſcilicet eſt īmediata cauſa aduenticij ⁊ extranei. igitur ⁊c. ¶ Preterea. calor extraneus ꝓri adiūctus eſt īmediata ⁊ per ſe cauſa ledēdi ſenſibiliter operationes. igitur ex ſuppoſitione prima eſt egritudo: q̄ autem ſit niſi febris dicať fingi non poteſt. ¶ Preterea. ſi febris eſt calor compoſitus ex naturali ⁊ extraneo non poſſet tota febris auferri: niſi calor naturalis totus auferretur. Sed ablato calore naturali aufertur ſanitas ⁊ vita. igitur tota febre ablata aufertur vita: quod eſt abſurduꝫ. ¶ Preterea febris eſt calor extnēus accēſus in corde: ſed calor compoſitus ex naturali ⁊ extraneo non eſt extraneꝰ niſi ex parte. ergo non niſi ex parte eſt febris: calor eniꝫ naturalis qui preeſt non eſt extraneus: aut ſi eſt extraneus per accidens eſt extraneus: pari etiam ratione calor compoſitus per accidens eſt extraneus: ratione. ſ. caloris aduenticij: non igitur per ſe ⁊ primo febris erit calor extraneus. qđ videtur mirabile. ¶ Febris enim ex ſe: ⁊ ex propria natura: ⁊ non ratione alterius extraneus eſt calor: et vt Gal. dicit eſt ex genere ſuo preter naturam.

¶ Quarta concluſio. calor naturalis ſiccitati coniunctus: propter quam operationes ledit non eſt febris. probatur eodem medio quo proxima. ſi enim calor naturalis ex ſola ſiccitate ledit: immediata cauſa ledendi eſt ſiccitas: nō calor. igitur ſiccitas eſt egritudo non calor. ¶ Preterea. ſi calor ſiccitati cōiunctus eſt febris nihil repugnabit ſiccitatem ex qua ledit augeri: ⁊ magis ledere: ponatur igiť ꝙ ſiccitas intendatur: ⁊ calor remittatur: ita ꝙ equaliter vel plus ledantur operationes ex augmento ſiccitatis q̄ꝫ prius: ⁊ ſequeretur aliquid magis ⁊ magis febrire ⁊ cōtinue refrigerari: qđ claudit contradictionem. Si eniꝫ magis febrit magis calet. ꝙ vero maior fiat febris patet ex augmento leſionis que a febre facta continue fit maior. augmentuꝫ enim effectus eſt ex augmento cauſe. ¶ Correlariuꝫ: nec proprietas mala vel ex veneno vel ex humore putrido: nec alia qualitas calori naturali coniuncta ex qua operationes leduntur poteſt facere calorem naturalem eſſe febrem.

¶ Quinta concluſio pro defendenda opinione Gentilis. ſi calori naturali calor nouus addi poteſt: vel idē ſpecie vel differens ſpecie calor additus eſt febris. Hec concluſio ſequitur ex proxima. Si enim febris non eſt calor compoſitus: nec eſt ſolus calor naturalis qui preeſt: vt cōſtat. in ſanitate enim eſſet febris: neceſſe eſt ꝙ ſit calor additꝰ: ſi calor addi poteſt. ¶ Preterea. hic ſolus ē egritudo: vt probatum eſt: quia eſt immediata: ⁊ per ſe cauſa ledendi. Si enim queratur. propter quid ledātur actiones febriētis rationabiliter reſpondētes dicimus: quia adiūctus eſt nouus calor extraneus vel ex ſole vel ex cibo vel ex alia cauſa: ſicut ſi themoniædituꝫ ſit lignum ob quod nauis moueri non poſſit: dicimus ꝙ lignum additum eſt cauſa nō themo: nec aggregatū ex themone ⁊ addito. ¶ Preterea ſor. in ſanitate exiſtenti ſolo calore extraneo calori naturali addito ⁊ poſito poniť febris: ⁊ ſolo calore extraneo ablato auferť febris. igiť calor additꝰ eſt febris. ↄſequentia eſt optima: qꝛ oppoſitū ↄ̄dictionem claudit ex terminis: antecedēs etiā eſt manifeſtū. igiť ⁊c. ¶ Eandē ↄcluſionē ꝓbat Gētilis tribus argumētis. ¶ Primū eſt tale. Febris eſt morbus naturali aduenięs cōplexioni. vt Gal. dic: hoc eſt naturali calori. Cum igitur omnis morbus non veniat niſi aut ex additione: aut diminutione. vt idē Gal. dicit in libro de accidenti ⁊ morbo: ex additiōe naturalis caloris neceſſe eſt veniat: diminutio enim caloris eſt refrigeratio que nō fit in febre. ¶ Secūdū eſt. ſi calori nāli adueniat frigiditas ea erit morbus nō calor nālis. igiť eadē rōne: ſi adueniat calori naturali nouus calor erit ille egritudo: ⁊ febris ſi actiones ſenſibiliter ledat. ¶ Tertiū eſt. medici intendūt nālē calorē ↄſeruare: udituꝫ aūt corrūpere: nō intēdunt aūt corrūpe: niſi febrē. igiť calor additꝰ ē febris.

Qr vͦ non ſit calor naturalis probat.p̄mo:quia eſt calor preter naturam.Secundo:quia ſextus digitus prioribus quinq3 additus eſt morbus:nullus autez prioꝝ:eadē igiť rōne calor additus erit febris non prior.

¶ Sexta concluſio.que poniť contra Gen.probabiliť.Si calor ſpecie differt a calore naturali:⁊ vterq3 ſit complexio:aut alter ſit ſimplex:alter ſit complexio:non pōt teneri calorem naturalem ſupereſſe calore extraneo adueniēte.Concluſio patet ex dictis:quia due complexiones contrarie nō poſſunt ſimul eſſe:nec ſimplex calor ⁊ cōpoſitꝰ.

¶ Septima concluſio.contra eūdem probabiliter.Si calor additus eſt eiuſdem ſpeciei ſiue intenſior ſiue non:nō poteſt virtutem aliquam habere poſitiuum aliquid ⁊ abſolutum ꝓducentem que eadem ſit calori iaz addito que calori naturali non competat.probať.Ubi eſt eadē eſſentia ⁊ natura:eſt eadem virtus eſſentiam ſequēs vel eadē eſſentie:ſicut virtus calefaciendi:que eſt eadē calori adeſt omni calori.ſi quid enim ex eſſentia ſua eſt potens aliqͩ facere contradictionem claudit in aliquo eſſe eandē eēntiam in quo non ſit eadem virtus.Si igitur calor additus eſt eiuſdem nature cum naturali calore:neceſſe eſt:ſi virtutem habet que ſit eadem nature in calore naturali eandem reperiri.¶ Et ſequiť.ꝙ ſi habet virtutē exiccandi:aut vim veneni:aut aliam habebit:⁊ calor nālis qui p̄eſt:ex quo etiam ſequiť ꝙ non poteſt calor additus agere in naturalē ex ſua eſſentia vel virtute que ſit eadē eſſentie.¶ Et confirmať hoc.quia friditas vt quatuor coniuncta caliditati vt quatuor non agit in caliditatem.igiť multo minus calor aget in calorē per ſe:per accidens enim forte non eſt incōueniēs:maior.n.flāma cōburit minorē.

¶ Octaua concluſio.Febris eſt calor naturalis factus intenſior q̄3 debeat.Ex quo operationes ſenſibiliť ledūtur.Concluſionem autē non intelligo quaſi calor compoſitus ex naturali ⁊ addito ſit febris.Hoc enim iam reprobatuz eſt.nec ponimus calorez calori poſſe adiungi in eodē ſubiecto.ſed dicimus eundē calorem fieri poſſe intenſiorem:eo ſolum ꝙ magis reduciť de potentia ad actum:lz nulla qualitas realis acquirať que non fuerit prius.¶ Probare autem ꝙ intenſio forme fiat hoc modo:⁊ non per additionem gradus ad gradum in eodem ſubiecto eſt longe alienum a propoſito:⁊ magis ad philoſophiaz pertinens:tria tamen argumenta ad preſens adducemus ob curioſitatem eorum qui in medicina querunt philoſophica:ad probandum ꝙ intenſio non fit per additionez gradus ad gradum:nec remiſſio per ablationem que aliquantuz perſuadent.¶ Primum eſt.capiatur.a.caliditas vniformis intenſa vt quatuor extenſa in bipedali:⁊ ad imaginationem tota ponatur in vno pedali eiuſdem bipedalis:⁊ arguiť ſic.a.caliditas eſt eadem que p̄us fuit:⁊ prius fuit intenſio vt.4.nūc autem eſt intenſio vt.8.pono enim ꝙ caliditas extenſa in.b.pedali tota extendať in.c.alio pedali priore remanente.igiť creuit intenſio a.a 4.vſq3 ad.8.igitur aduenit ipſi alia intenſio.vt.4.cum igiť intēſio nō ſit aliud q̄3 qualitas intenſa:vt pulchre demonſtrat.calidior igiť aduenit alia qualitas:ſed nulla aduenit vt ↄſtat.habet enim eaſdem partes quas prius:⁊ non plures:lz caliditas vnius pedalis adueniat caliditati alterius:non tamen aduenit toti:nec prior ſit intenſior:nec ea que aduenit.igitur ⁊c̄.¶ Secūdum eſt.creet deus aquam.c.ſumme frigidam:⁊ relicta ſue nature conuerti debeat in ignē cum nulla ratio poſſit aſſignari:cur vnus gradus frigiditatis prius auferatur q̄3 alius:non poterit in frigiditate remitti:qͦd eſt falſum:non enim vnus gradus eſt poſterius inductus q̄3 alius:nec minus:nec magis fixus:nec celum vnum potius conſeruat q̄3 alium:quod poteſt in omnes equaliter agere.¶ Tertiuz eſt,nullus calor intenditur.igitur nec omnino calor:non enim calor qui prius eſt:nec qui aduenit qui non prius fuit:nec eadem rōne aggregatus ex vtroq3 qui non prius fuit:intēdi autem eſt moueri ad maiorem perfectionez in eadem ſpecie q̄3 prius haberetur.¶ Contra eandem opinionez beatus Thomas diſputat multis in locis:⁊ alij quidam:lz Jacobus noſter forliuienſis illam defendat quantuz poteſt.¶ Sed ad priorem opinionez reuertamur dicētes:ꝙ ſicut nutricatio in ſubſtantiam membri conuerſio ſit augmētatio que nihil aliud eſt niſi eiuſdem quātitatis mēbri reductio ex minori termino in maiorē terminū:lz poſt factam nutrimenti conuerſionem nulla noua quantitas addať:nec in diminutione aliqua noua quātitas perdať preter partes membri que priuſq̄3 diminutio fiat reſoluunť ⁊ abeunt:quod ī corrigia extēſa ⁊ contracta videri poteſt:ita quādo calor iam genitus intendiť non ſit alius calor:ſed genitus perficiť magis:eo ꝙ magis ex potentia in actum reducitur:ſicut qui ſigillum cere poſt figuram ſemel factam rurſus magis imprimit:⁊ in latera mouet non efficit nouam figuram:nec partē figure:ſed factam ſtabilit magis ⁊ perficit ſic agēs ſua actione continuata calorez iam genitum magis ꝑficit.¶ Qr ſi querať quis eſt terminus alterationis qua calor intēditur.¶ Dicendum eſt.ꝙ eſt ipſa qualitas facta intenſior non modus.vt Jacobus putat neq3 aliud reale differēs re a priore calore.vt Gen.videť putare.Si enim calor nunc eſt vt vnuz:⁊ in fine hore erit duo/vt terminus erit calor vt.2.qui eſt aliqͩ reale:ſicut in augmentatione terminus eſt eadē quantitas facta maior:puta ex pedali bipedalis.Sed hec vt dixi phoꝝ ſunt.¶ Concluſio igiť 8ͣ ꝓbatur auctoritate Galieni.qui in aphis dicit.ꝙ febris eſt calor naturalis mutatus in igneum:nec hec ꝓpoſitio recipit expoſitionē Gētilis qui dicit:ꝙ ſicut dicimus ꝙ nigredo eſt albedo cōuerſa in nigredinem:non tamē eſt albedo:ſic febris non eſt calor naturalis:ſed eſt calor naturalis mutatus in igneum.¶ Ex hac enim expoſitione:ſequiť in aduentu febris calorē naturalē corrūpi:ſicut adueniēte nigredine corrumpiť albedo.¶ Scd̄o quia Gal.dicit in libro de accidēti ⁊ morbo:ſanitas que ē tēꝑamentū ipſa eadē erit morbus cum extra temperamentum exierit:calor autem naturalis temperatus eſt ſanitas ſaltez in complexione.igitur ipſe idem numero erit egritudo:factus autem igneus eſt extra temperamentuz.igitur eſt egritudo:que autem ſit niſi febris fingi nō pōt.

¶ Arguit autem Gentilis rurſus hoc modo.In febribus in quibus paucus eſt calor medici adhibent vinum ⁊ ignē ad calorem naturalē intēdēdum:roſas vͦ ⁊ ſandalos ad remittēdū.non pōt autē idez calor intendi ſimul ⁊ remitti.febres autem remiſſionem querūt:naturalis autez intenſionem.igitur non eſt idē calor nālis ⁊ febris.¶ Sed hoc argumētū quod non ita formaliter ſit ab homine ſoluitur.roſe ⁊ ſandali iuuant quatenus confortant naturaz ⁊ ſua frigiditate febrem remittunt:vinum autem ⁊ ignis ⁊ panni calidiores iuuant:quoniaz ex vino mox multi ſpiritus generantur:quorum preſentia iuuat naturaz ad materiam morbi expellendam:aut digerēdam:aut omnino ad vires habendas:pāni quoq3 calidiores iuuant quatenus in membris parum caloris habentibus partes extreme poſſunt multum frigide eſſe que fortaſſe non febriūt ſicut in principijs interpollataruz contingit in quibus mēbra quo ad partes quaſdam ſaltez extrinſecas ſunt frida:nec febriūt:lz quo ad partes intrinſecas poſſint febrire.

¶ Roſe preterea ⁊ ſandali mox a natura verſus cor diriguntť qͦd aliquātum refrigerari poteſt:vinum autē ⁊ pāni alia mēbra calefaciūt:⁊ ſi tandem cor calefit ex vino poſterius hoc fit.Argumenta quoq3 ſuperius recitata quibus probat febrem eſſe calorem additum:non militant.

¶ Ad primum dicit̄ febrem eſſe morbuꝫ ex additione caloris: additionē autē vocat Gal. ꝛ veram additionē ꝛ intēſionem quālibet. ¶ Ad ſecundū dicit̄. ꝙ falſa eſt imaginatio: non enī ſi friditas pōt addi calori: ꝛ addita fit morbus: eodē modo quādo fit intēſio caloris fit nouus calor qui a priore differat. ¶ Ad 3ᵐ dr̄. ꝙ medici querūt calorē naturalē in ſua nālitate conſeruare quādo oīno eſt nālis. quādo aūt exyt tempamētū ad nālitatē reuocare: quod fieri nō pōt: niſi deſtruāt ipſum inquantū innālis eſt ſiue febrilis. ¶ Ad 4ᵐ dr̄. ꝙ idem calor eſt ꝑm naturaꝫ: ꝛ p̄ter nām alia ꝛ alia rōne eſt quidē ꝑm naturam: qd̄ pꝫ ex eo ꝙ facit opera vite: nutrit: auget: viuificat: preter naturaꝫ vō eo ꝙ intenſior factus ſibiipſi repugnat inquantum naturalis eſt: vnde non eſt ex toto ꝑm naturaꝫ: nec ex toto preter naturam. ¶ Ad quintuꝫ dicit̄. ꝙ exemplum ſexti digiti non conuenit. vt patet ex dictis.

¶ Contra vō quintam concluſionem arguit Herculanus dicens: Cor febriens calefacit ex febre ſanguinem ꝛ ſpiritum. igit̄ calor qui eſt febris eſt intenſior calore ſpiritus ꝛ ſanguinis: ſed calor ſpiritus eſt pluſq̄ꝫ quatuor. aliter non eſſet ſpiritus abſolute calidus: nec ſanguis. igit̄ calor qui eſt febris eſt ꝛ ipſe pluſq̄ꝫ quatuor: cum igitur ante febreꝫ cor eſſet abſolute calidum: ꝛ haberet calorem intenſum pluſq̄ꝫ quatuor: ſequitur ꝙ ex febre factum ſit calidius q̄ꝫ octo. eſt igitur ignis. ¶ Item ſic arguit. inducat̄ vnus gradus caloris a ſole qui ſit febris: ꝛ ſequitur ꝙ niſi inductus auferatur non ceſſabit febris: conſequens falſum: qꝛ quolibet alio ex prioribus ablato ceſſat febris: gradus enim inquit a ſole pōt eē naturalis: qd̄ patet: ſi enim refrigeratꝰ ſit ſor. ꝛ poſtea a ſole calefactus reſtitutus ſit priſtine ſanitati gradus inductus erit nālis: ꝛ pars ſanitatis. ¶ Item ſic. febris ethica eſt complexio facta membro conueniēs. igitur non eſt calor additus. antecedens eſt Auicen. p̄ma quarti. Sed ad p̄mum qd̄ vocat demonſtrationem dicit̄ ꝙ ſicut lignum additum themoni vocatur proxima cauſa: cur nauis moueri nō poſſit: lꝫ non ſolū ſit cauſa: ſed vna cum themone: ita calor cordi additꝰ: ſi quis addi pōt qui eſt febris eſt cauſa ꝓxima. lꝫ nō ſolus cur ſanguis calefiat ꝛ ſpūs. ſed totus calor cordis eſt qui ītēſior eſt: ꝛ calefacit ſpiritū ꝛ ſanguinē. ¶ Ad 2ᵐ qd̄ etiā demonſtrationeꝫ vocat: dicit̄ ꝙ ſi ſor. addet̄ libra ſanguis boni ex qua egrotaret ipſa eſſet egritudo: quia eſſet īmediata cauſa ledēdi: qualibet tamē libra ſanguis ablata ex flobotomia vl̄ alia via reſtitutus eſſet ſor. ſanitati. Sil'r eſt in caſu argumēti. ¶ Unde concludit̄ ꝙ aliqd eſt egritudo quo non ablato ſed in corpore relicto corpus ſanabit̄: qd̄ enim eſt egritudo deſinet eſſe egritudo. Cꝛ ſi calor additus ſpecie differt a calore nāli. qd̄ ipſe Gen. aſcribit facilior eſt ſolutio. non enim auferet̄ febris: niſi auferat̄ gradus ſemel inductus. Sed Gen. non omnino affirmat calorem additum ſpecie ſemꝑ differre: imo videt̄ credere ꝙ aliquādo eſt idē ſpecie ex argumento qd̄ factum eſt: ſi enim refrigeret̄ ſor. ab aere ꝛ poſt calefiat a ſole ſanabit̄. vt dicit qd̄ non videtur rōnabile: niſi calor adiūctus ſpecie conueniat cum eo qui fuit ablatus. ¶ Tertiū vō argumētū non tam eſt contra Gen. q̄ꝫ cōtra Gal. ꝛ Auic. dr̄ igit̄ ꝙ febris ethica eſt facta conueniēs ꝛ nālis membro quo ad ſenſum: quia ethicꝰ nō percipit calorem ſuum febrilē: eo ꝙ illi iam aſſueuit: calor tamē in febre ethica additꝰ priori eſt febris. iuxta Gen.

¶ Nona cōcluſio. Si calor additus ſpecie differt a calore naturali opꝫ calorem naturalē corrūpi. probat̄. aut enim vnum fit ex ambobus: aut non. ſi p̄mū cum vterq̄ꝫ ſit cōplexio: ꝛ inter ſe ſint contrarij vt media medijs contingit eſſe cōtraria: opꝫ vtrūq̄ꝫ corrumpi: ſicut quādo ex viridi ꝛ fuſco fit aliqd mediū: ſi ſecundum non poterūt ſimul eſſe vt ex ſuperioribus dictis clarū eſt: cedet igit̄ nālis alieno aduētante. Si vō additus non differt ſpecie opꝫ vnum ex vtroq̄ꝫ fieri: quia aliter non fieret intenſio prioris: nec mēbrum in quo additus recipit̄ fieret calidius: hec aūt concluſio videtur contraria Genti. ſi diligenter hominis verba examinentur.

¶ Decima cōcluſio. poſſibile eſt febrē eſſe que nō ſit calor cordis extraneus: neq̄ꝫ ꝓcedēs ab eo: neq̄ꝫ qui ab eo cōſeruetur: neq̄ꝫ cōtinuus ſit calori cordis extraneo. ꝯcluſio pꝫ ſi ponat̄ ꝙ calor epatis: aut pedis intēdat̄ ab aere: aut alia cauſa priuſq̄ꝫ cor intendat̄ poſito forte obſtaculo: puta humore frigido īter epar ꝛ cor: aut pedeꝫ ꝛ cor: qui calor ꝑus fiat igneus ꝛ opatiōes membri ſenſibil'r ledat q̄ꝫ in corde accendat̄: huic enim diffinitio conuenit febris a Gal. tradita que eſt calor nālis mutatus in igneum: cōuenit etiaꝫ ethimologia vocabuli que eſt feruor a quo febris nomen accepit in aīalibus. ¶ Ideꝫ melius cōſtat in cauda lacerte abſciſa: que aliquādiu viuit ꝛ animal eſt: lꝫ impfectum que ꝑus poterat febrire: ſi tota lacerta febriebat: ꝛ ſeparatam nihil repugnat febrire. vnde febris non ideo eſt ꝓpa cordis paſſio ꝙ ex neceſſitate oporteat in qualibet febre cor febrire: aut febrem non eſſe febrē: niſi cum calore cordis extraneo ꝯnexionē hēat ſiue ꝯtinuitatē: vt qdā dicūt.

¶ Undecima cōcluſio. Febris ideo vocari pōt ꝓpria cordis paſſio ꝙ cordi facillime aduenit: eo enim ꝙ calidiſſimum eſt facillime ignit̄: ſicut canes facillime iraſcunt̄. cōcluſio perſuadet̄: qꝛ nulla alia eſt rōnabilior cauſa: cur ꝓpria cordis paſſio dicat̄. quod patet ex concluſione proxima iam probata.

¶ Duodecima cōcluſio. non opꝫ in qualibet febre omnes actiones per ſe ledi: ſicut credidit Genti. probat̄. homines melancolici in febribus aliquādo melius intelligūt ꝛ futura vaticinant̄. vt Ariſt. in ꝓbleumatibus dicit. ꝛ ī febre virtus auditiua que ſicco ꝑficit̄ ex ſententia Gal. 2° tegni. videtur fieri expertior ꝛ melior. Item frenetici fortius mouent q̄ꝫ ipſimet ſani quantumcūq̄ꝫ ab inimico irritati quicqd Gētilis dicat. ¶ Ad argumēta p̄ncipalia rn̄det̄. ¶ Ad p̄muꝫ dicit̄. ꝙ non omnis complexio fit īmediate ex qualitatibus p̄mis. lꝫ aliqua fieri poſſit: ex cōplexione enim ſpiritus gignitiui: ꝛ menſtrui ſanguinis inuicem agētibus fit carnis ꝛ oſſis complexio. ex aceto etiam ꝛ melle inuicē agētibus fit complexio oximellis. ¶ Preterea. cōplexio homīs qui febrit non ex neceſſitate variat̄ ꝑm ſpeciem: ſed ex febre fit intēſior: cuius intēſionis cauſa proxima pōt eſſe calefactum eſſe ſpiritꝰ vel humoris vel mēbri. ¶ Ad 2ᵐ dicitur. ꝙ ſi tenemus complexioneꝫ cuiuſlibet hominis naturalem eſſe abſolute calidam: dicendum eſt complexionem flegmatici non permutari: ſed fieri intenſiorem. Si vō qd̄ ꝓbabilius eſt teneamus frigidā eſſe concedenduꝫ eſt complexionē ꝑmutari a frida in calidā: nec eſſe flegmaticū niſi potētia ꝛ naturali cōplexione ad quaꝫ cito reuertit̄. Similiter in irato dicēdum eſt ꝛ exercitato. ¶ Ad 3ᵐ. ſolutio pꝫ ex dictis: caſus enim eſt impoſſibilis: ſiue enim complexio flegmatica ſit abſolute frigida: ſiue calida: conſtat frigidā eſſe ad colericam. Si igit̄ ſor. colericus incipiat febrire fiet calidior q̄ꝫ ſit: non igit̄ permutabitur ad flegmaticū. ¶ Ad confirmationē dicit̄. ꝙ cibi ꝛ potus exhibiti prohibēt febrem ita intendi: ſicut intenderet̄ niſi exhiberent̄: forte etiam aliquādo abſolute remittunt: lꝫ remiſſio non ſentiat̄. ¶ Ad quartuꝫ ſolutio patet ex tertio articulo: ꝛ hec de queſtione ꝓpoſita. ¶ Ad laudem altitonantis dicta ſint.

Finis.

¶ Tabula dubioꝝ ꝛ queſtionum ↄtentoꝝ hic.


Utrum elemēta remaneāt formaliter ĩ mixto. 5.
Utrum quelibꝫ ꝑticula terre apetat vt eiꝰ centrum ſit centruꝫ mundi. 7.
Utrum terra ſit nālīter locata. 7.
Utrum terra grauitet in ſpera ſua. 7.
Utrum aliqua qualitatū motiuarū repiaẗ inteſioꝛ in mixto ꝙ in elemento: ſimiliter de qualitate ꝑma. 8.
Utrum ↄpl'o ſit vna qualitas. 8.
Utrum reperiaẗ equale ad pondus. 8.
Utrum aliqđ mixtum remaneat equale ad pondus. 9.
Utrum complexio de ſcđo modo ſit media. 9.
Utruꝫ homo de ſcđo modo equalitatis ſit vicinioꝛ temperamento ponderali ꝙ alius. 11.
Utrum deẗ complexio ſimplex diſtēperata. 14.
Utrum ſpiritus ſit coꝛde calidioꝛ ꝛ ſil'r vtꝝ ſit ſpiritus appꝛopꝛiatus coꝛdi. 15.
Utrum cerebꝛum ſit frigidum. 15.
Utrum ratio ꝓbans in iuuētute conſeruari caloꝛem ꝛ non fieri augmentū ſit bona. 18.
Utrum ꝑpter ↄſumptionē humidi extinguiẗ caloꝛ. 20.
Utrum moꝛs nālis accidit in termīo quē habet īdiuiduū in ſua virtute ad humiditatē ↄſeruandaꝫ. 20.
Utrum iuuenis ſit temperatioꝛ puero. 20.
Propter qđ in hoīb' mares ſunt maioꝛes femīs. 21.
Propter quid cuꝫ mulieres ſint frigide minus nocentur a frigoꝛe. 21.
Utrum ſcđa humiditas differat ſpecie a ſanguīe. 22.
Utrum glutē ſit pars mēbri aīata vel nutrimentum. 22.
Utrum ſanguis ſit quartꝰ humoꝛ. 23.
Propter qđ coꝛpoꝛa ſanguinea fetēt. 23.
Propter qđ chilus cū ſit humidus nō denigreẗ. 23.
Utrum ex ſanguine dulci genereẗ lac. 23.
Utrum ſanguis poſſit fieri flegma. 24.
Utrum flegma nāle ſit dulce. 24.
Utrum aliquod flegma ſit humoꝛ ſubtilis. 25.
Utrum flegma poſſit fieri acetoſum per ſolam diminutaꝫ digeſtionem. 25.
Utrum neceſſarium ſit ex quolꝫ chilo ex quo generaẗ ſanguis genereẗ colera. 26.
Utruꝫ colera que vadit ad chiſtim ſit calidioꝛ: an illa que vadit cum ſanguine: et que eſt maioꝛis quātitatis: ꝛ que groſſioꝛ. 26.
Propter qđ nā nō oꝛdiauit colerā ad abluēdū ſtōm. 26.
Utrum per ſanguinis mixtionem poſſit fieri colera non naturalis. 27.
Utrum per putredinem melancolie vel flegmatis contingat generari coleram. 27.
Utrum calidū agens in humiduꝫ ꝑmo denigret deide dealbet: ꝛ frigidum agens in humidum dealbet: ꝛ in ſiccuꝫ denigret. 28.
Utrum aliqua vtilitate miſcetur melancolia cuꝫ ſanguine vltra ingroſſationem eius. 28.
Utruꝫ in chiſti ſemꝑ ſit col'a: ꝛ in ſplene mel'ia. 28.
Utrum colera cum putreſcit eius groſſum fiat mel'ia. 29.
Utrum melācolia facta ex flegmate ſubtili habeat ſapoꝛē ſalſum. 29.
Propter qđ acetū obſtracoſum emolit carnes exicat. 29.
Utrum ſimplex nutriat. 30.
Utrū ſemꝑ aliqđ de aꝗſitate vꝛīali vadit cū ſanguine. 30.
Utrum ſtomacus plus digerat virtute pꝛopꝛiꝫ caloꝛis an circūſtantium. 32.
Utrum cuꝫ inteſtino ieiuno ſit aliqua vena meſerayca coniuncta. 32.
Utrum ſanguis genereẗ in epate. 33.
Utrum ſplen ſit mēbꝝ ſanguīs gnātiuuꝫ. 33.
Utrum gnātio humoꝝ ex chilo ſit ſimultanea. 33.
Utrum in epate calido ꝛ humido plus genereẗ de ſanguine an in temperato. 34.
Utrum tempata decoctio eſt foꝛmalis cā ſanguīs. 34.
Utrum mel'ia genita ex flegmate ſit ipo fridioꝛ. 35.
Utrum mel'ia ex ſupflua ↄgelatione gnāẗ. 35.
Utrum conuerſio flegmatis in ſanguinem ſit digeſtio ſcđa vel tertia. 35.
Utrum paniculus ex vilis neruoꝝ tm̄ cōponaẗ. 38.
Utrum cerebrū ſit imediate ꝑncipium effectiuum ſpiritꝰ animalis. 39.
Utrum coꝛ ſit mēbꝝ tribuēs ꝛ non ſuſcipiēs. 39.
Utrum v̄tus nutritiua ſit oſſi nālis. 40.
Utrum maſculinitas ꝛ femicitas depēdet ex ſpmate. 41.
Utrum ex calido ſpermate et digeſto fiat generaliter maſculus. 41.
Utrum caliditas matricis ſit cā maſculinitatis. 41.
Utrum coꝛ ſeruiat cerebꝛo fuitute ꝑparatoꝛia. 42.
Queſtio quid ſit coagulūꝫ: ꝛ in quibus inuenitur: ꝛ que eſt virtus eius. 44.
Utrum ad conceptionem ꝛ nutricationem requiratur ſanguis menſtruus. 44.
Utrum nutrimentum pueri poſt natiuitatem debet digeri digeſtione ſcđa. 46.
Utrum aliqua humiditas ſit lac. 46.
Utrum lac ſolum ex menſtruo genereẗ. 46.
Utrum lac conuenientius genereẗ in vltimis menſibus ꝙ in pꝛimis. 46.
Utrum natura bene ꝓuiderit īfanti de eiꝰ nutrimēto. 46.
Utrum caro genereẗ a frigido. 46.
Utrum adeps coaguleẗ a frigoꝛe. 46.
Utrum ſit aliqua cauſa ꝑpter quaꝫ fiat reſtauratio in vna etate: ꝛ non in alia. 47.
Utruꝫ dētes ſint ex ſanguīe ī quo v̄tꝰ exiſtit ſpmatis. 47.
Utrum a nutritiua dētes generenẗ. 47.
Utrum dentes poſt euulſionē poſſint regenerari. 47.
Utruꝫ nerui ꝛ vene ī notabili ꝗtitate poſſint regnāri. 47.
Utrum in ſenectute dꝫ fieri noſtroꝝ oſſiuꝫ maioꝛatio. 47.
Utrum dentes habeant ſenſuꝫ. 47.
Utrum cerebꝝ cū careat vilis poſſit moueri. 48.
Utrum vili appꝛopꝛienẗ talibꝰ motibꝰ. 48.
Utrum veſica hēat vnam tunicam. 49.
Utrum in quolibet mēbꝛo viloſo hn̄te duas tunicas viloſas vili lōgitudinales ſint in tunica intrinſeca. 49.
Utrum arteria venalis hēat duas tunicas. 50.
Utrum conuenienter vaſa ſpermatica habeant vnam tunicam. 50.
Utrum tunica digeſtiua in ſtomacho conuenienter ponatur exterioꝛ. 50.
Utrum genera v̄tutū ſint real'r diſtincta. 51.
Utrum virtꝰ vitalis diſtinguaẗ a nāli ꝛ aīali. 52.
Utrum recte dicātur virtutes miniſtrate que aſſignantur hic. 52.
Utrum faciēs opationes v̄tutis miniſtrate ꝛ miniſtrantis faciat mediātibꝰ ꝑncipꝭs real'r differentibꝰ. 52.
Utrum oēm reſtaurationē ꝑcedat reſol'o. 52.
Utrum humiduꝫ radicale poſſit reſtaurari. 52.
Utrum melius humidum pꝛo vite longitudine poſſit per actum virtutis nutritiue reſtaurari eo quod eſt a coꝛpoꝛe reſolutum. 52.
Utrum ſit poſſibile in etate ↄſiſtentie fieri augmētū. 54.
Utrum digeſtio ꝑcedat ingroſſando. 56.
Utrum retentiua puerozum ſit debilioꝛ retentiua iuuenum. 58.
Utrum attractio fiat a vacuo. 58.

# Tabula


Utrum iuuenes habeant virtutem digeſtiuam fortiorem pueris. 59.
Utrum cor in dando virtutem vitalem operetur mediante ſpiritu. 60.
Utruz opatio nutritiua poſſit deſtrui pmanēte vita. 60.
Utrum ſit poſſibile q̈ remaneat plimū de opatione nutritiua: ⁊ tñ vtus vitalis tendat ad mortem. 60.
Utrum vtus vitalis pparet aiali. 61.
Utrum deſcriptio vtutis cōprehēſiue occulte ſit bona. 62.
Utrum ſenſus interiores poſſint mouere exteriores. 62.
Utrum organum ſenſus cōis ſit cerebꝝ. 63.
Utrum ſit dare vnum ſenſuz cōez. 64.
Utrum fantaſia qcqd recipit recipiat a ſenſu. 64.
Utrum deficiente ſenſu habeat̄ ſcia de ſenſibilibus illius ſenſus. 64.
Utrum ex alicuius virtutis leſione nulla ſequatur egritudo. 65.
Utrum ex impedimēto virtutis ſeq̄t̄ egritudo. 65.
Digreſſio de reminiſcentia. 66.
Propter qd quedā ſunt mobilia motu naturali ⁊ quedam non. 66.
Utrum inaīata moueant̄ a ſe. 66.
Utruz virtus motiua ſolo impio appetit⁹ mouet mēbra vl̄ aliqua alteratione preuia. 67.
Utrum in genere membrorum que mouent̄ cor vel cerebrum ſit pncipium. 67.
Utrum in cuiuſlibet aialis motu reqrat̄ aliqđ fixū. 67.
Utrum volūtaria fixio membri vel totius corporis ſit motus voluntarius. 68.
Utrum fixio volūtaria trahat mēbꝝ ſurſum. 68.
Utrum ab vna vtute fiat cibi digeſtio. 69.
Utrum appetitus cibi fiat ab attractiua. 69.
Utrum attractiua retinet illud qđ attrahit. 69.
Utrum triſtis ſenſatio q̄ eſt cā famis ſit vna vel due. 69.
Utrum ad deglutiēdum cōcurrat vt⁹ expulſiua naturalis meri. 69.
Utrum in deglutitione ope̅r vt⁹ attractiua nālis. 70.
Propter quid non poſſumus deglutire ꝓpter rem aliquaz fedam viſam. 70.
Utrum in nutrimēto poſt conuerſionem remaneat qualitas alteratiua. 71.
Utrum oīs ſanguis ſit calidus ⁊ corp⁹ calefaciat. 71.
Utrum medicine tales in potētia reducant̄ ad actum a calore noſtri corporis. 73.
Utruz medicina que dicit̄ talis dr̄ tal̄ reſpectu hoīs temperati an hominis abſolute. 75.
Utrum detur aliqua medicina tēperata: 76.
Utrum illud qđ corrūpit hominē. ⁊ tñ patit̄ a corpore hoīs dicit̄ venenum. 76.
Utrum medicina quarti gradus in quātitate que nō poſſit trāſmutari a corpe noſtro ſit venenum. 76.
Utrum omne qđ mutat ⁊ mutat̄ a corpe vt eius operatio deſtruat̄ ſit abſolute medicina. 77.
Utrum venenū poſſit nutrire corpus. 77.
Utrum ſi medicina nutriēs mutat̄ in ſubam mēbroꝝ: quō mutat corpus eius ſpecie manēte. 77.
Utrum pulſus ſit motus īterciſus. 78.
Utruz pulſus ſit ita neceſſarius ſicut anhelit⁹. 78.
Utrum ſolum cor ⁊ arterie mouent̄ motu pulſus. 78.
Utrum pulſus ſit factus ad refrigerādūz ſpiritū ꝓpter aerem attractuz. 78.
Utrum ꝓpter ſolū refrigerium ſpūs ſit pulſus. 78.
Utrum diffinitio pulſus ſit bona. 78.
Utrum ſignum a pulſu ſit certius q̄ ab vrina. 78.
Utrum Aui. fuerit dimiut⁹ in enumeratōe pulſus. 80.
Utrum natura intendat quietē determiati tēporis. 80.
Utrum ſiſtoles ſit cognoſcibilis a nobis tactu. 80.
Utrum ſint tm̄ quatuor genera pulſuuz. 81.
Utruz ſint nouē ſpēs pulſus ſimplicis. 81.
Utrum pulſus ſit longus alt⁹ lat⁹ reſpectu tempati. 81.
Utrum ex cibo temperate quantitatis proueniant pulſus magni. 93.
Utrum dolor in pncipio faciat pulſum fortez. 96.
Utrum ſit aliqs pulſus horripilationis. 96.
Utrum in calido apate pulſus ſit ſerinus. 96.
Utrum cauſa humectans faciat pulſum vndoſuz. 96.
Utrum ſignificationes ſint ſumēde a pma vrina que colligitur in mane. 97.
Utrum vrinam tingat ieiuniuz. 98.
Utrum vigilie tingant vrinaz. 98.
Utruz timor tingat vrinaz. 98.
Utrum color citrinus ſignificet tempamētū. 99.
Utrum vrina nigra ſit bona in ſenibus. 99.
Utrum vrina alba ſemp ſignificet frigiditatez ⁊ ablationē digeſtionis; ⁊ vtrum poſſit eſſe groſſa primo modo accipiendo ipſam. 99.
Utrum vrina poſſit apparere alba oībus temporibus egritudinis. 99.
Utrum vrina lactea ⁊ alba ſimilis albule ſignificet frigiditatem. 102.
Utruz ſi vrina non fuerit puia hoc ſit: qr colera nigra ſit occultata. 102.
Utrum multo exiſtēte ſanguīe bono: ꝓpter quē vrina apparet ſicut lotura carnis ſit debilitas alicui⁹ vtutis. 104.
Utrum debilitas epatis ſit cā vrine ſubtilis. 104.
Utruz vrina tenuis ſit ꝓpter opil̄ones. 105.
Utrum vrine pueroruz ſint groſſe ex humiditate ⁊ ſenuz ſubtiles. 105.
Utrum nā pus ope̅r colorē q̄ ſubam. 106.
Utrum impgnātibus dz eſſe vrina turbida. 108.
Utrum apata longi tpis faciant vrinā rubeam. 108.
Utrum omnis hypoſtaſis naturalis ſube decidat̄ a tertia digeſtione. 110.
Utrum in vrina ſanoꝝ dz apparere hypoſtaſis. 113
Utrum hypoſtaſis ſanoꝝ ſit ex humore genito per ſecūdā digōnē tanq̄ ſupfluitas digōnis tertie. 113.
Utrum vrina petaloides an furfurea: an crynoides ſit deterior. 114.
Utrum paſſio renū faciat vrinā indigeſtaz. 114.
Utrum in vrina in qua eſt hypoſtaſis ſanioſa apparet ſedimen laudabile. 115.
Utrum multitudo hypoſtaſis ſignificat multitudinē cauſe efficientis ipſam. 116.
Utrum ſignificatio hypoſtaſis magne ſit ſicut mucilaginoſa. 116.



Opus impreſſum Venetys mandato ⁊ expēſis nobilis Uiri Dñi Octauiani Scoti Ciuis Modoetiēſis Quito kalendas Maias. 1498. Per Bonetum Locatellum Bergomenſem.


Finis.


LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

# Regiſtrum

a
¶ Expoſitio
¶ Excellentiſſimi
cum dixiſti ꝙ eſt
ſe habita eſt per

b
alterius non fuerit
in qualitatibus
rationes non eſſent
⁊ intelligit gradual'r

c
decem ſequentes
opinemur vnam
tius.neceſſario
Unus eſt per

d
tionis eſt:quia in
fuit ibi caliditas
naturalis.ꝑpter
quomodocūqꝫ ſit.

e
¶ Dubitatur an
¶ Docet modum
lancoliam generat
¶ Doctrine quinte

f
naturale.nam Aui.
mo.⁊ eius ſeruiens
do cor iuxta
vt dicunt ab Ariſt.

g
villis fit expulſio
virtuti ſentiendi:
quomodo dicimus
¶ Preterea cum

h
differentias pōnis
Prima in tres
tate attrahentis que
deramus duo.ſ.

i
modum in animali
Ecce quomodo
Hic autem illum qui
ſed non vtiqꝫ

k
¶ Ubi nota ſm
modus primo
effectum modo quo
40.annum ⁊ talium

l
Hec eſt ſexta pars
cet littera.Sed per
¶ Declarat nonum
lem tempus diaſtoles

m
ad ly ſtabit:⁊ feret
ſecūda ibi.Cauſa autē
tius in muliere ꝗꝫ in
volumus dicere hoc

n
.ſ.mutatum ſm
ſm ſuum colorem:
humoris ſubſtantiam
¶ Hic ponit ꝑticulares

o
totius recurrit ad renes
¶ Iſte eſt quartus
coniuncta ipſam
¶ Quādo cum vrina

p
talis qualis eſt in ſanie
re ſunt:immo in eis
variatur digeſtio
veſica ⁊ in virga

q
plexio:neceſſe eſt
certo ſciri non poteſt
Oꝛ ꝗo non ſit calor

Finis

LIVRARIA DA UNIVERSIDADE

VGO
SEN

Sala R
Gab.
Est. 46
Tab.
N.º 13